Il. t. Erat hō ex pha riseis nicodemus noie: princeps iudeoꝝ. Die venit ad iesū nocte: z dixit ei Rab bi scim⁹ qz a deo venisti m̄gr̄? Nemo em̄ pōt hec signa fa cere q̄ tu fac⁹: nisi fuerit de⁹ cū eo. R̄ndit iesus: z dixit ei Amē amen dico tibi: nisi q̄s nat⁹ fuerit denuo. nō pōt vi dere regnū dei. Dicit ad eū nicodem⁹. Quō pōt hō nas ci cū sit senex? Nunq̄d pōt i vētrē m̄ris sue iterato itroi re et nasci. R̄ndit ies⁹ Amē.

Inuentū scē crucis

amē dico tibi: nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et spū non potest introire in regnū dei. **Ad natū est ex carne caro est: et qd̄ nat⁹ est ex spū spūs est.** Non mireris qz dixi tibi: oportet vos nasci denuo. **Spiritus vbi vult spirat. et vocē ei⁹ audis. sed nō scis vñ veniat aut quo vadat.** Sic est ois q̄ nat⁹ est ex spū. **Respōdit nicodemus: et dixit ei.** Quō possūt hec fieri? **Rñdit ies⁹: et dixit ei.** Tu es magister i israel: et hec ignoras. **Amē amē dico tibi: qz qd̄ scimus loqm̄ur et qd̄ vidimus testamur et testimoniū nr̄m nō accipitis.** Si terrena dixi vobis et nō creditis: quō si dixerō vobis celestia credetis. **Et nemo ascēdit in celū nisi q̄ descēdit de celo: fili⁹ hoīs q̄ est in celo.** Et sicut moyses exaltauit serpētē in deserto ita exaltari oportet filiū hominis: vt ois q̄ credit i ipsū nō peat: sed habeat vitā etnāz. **Amē. Ad l. Ep̄. hy⁹. v. et ofo vt in. j. ves. R. hze. Michi at absit gliari. Alla al. v. Nisi in cruce dñi nr̄i iesu xp̄i. Al. Ad bñ. ā. Ecce crucē dñi fugite ptes aduerse. vicit leo de tribu iuda radix dauid al post Bñdicam⁹. Lō. de scis an. Justoz aie. Ad. iij. v. Dicitē in nationib⁹ al. Qz dñs reguit a ligno al. Ep̄. et ofo**

vt̄s in. j. ves. Ad. vj. Ep̄. j. ad
Uerbū crucis pe (co. i. **U**tib⁹ qd̄ stulticia est: his aut̄ q̄ salui fiūt. id est nobis dei x̄tus ē. **R. Salua nos x̄pe saluator al. Per x̄tutes sancte crucis alla. Oratio.**
De⁹ q̄ vnigeniti tui dñi nr̄i. iesu xp̄i p̄cioso sanguine hūanū gen⁹ redimere dignat⁹ es. cōcede ppicius vt q̄ ad adorādā viuificā ei⁹ crucē adueniūt. a pctōz suorū nexib⁹ liberent⁹. **Et fa: p eūd. Ad. iij. Ep̄. Ad gala. iij.**
Quist⁹ nos redemit de maledicto legis. fact⁹ p nobis maledictū? qz scriptū est maledict⁹ ois q̄ pendet in ligno: vt in gētib⁹ bñdictio abrahe fieret i xp̄o iesu. **Deo g. h. Michi aut̄ absit gliari allā? Nisi in cruce dñi nostri iesu xp̄i allā? Oratio.**
Adesto nobis dñe de⁹ nr̄i: et quos scē crucis letari fecisti honore. ei⁹ quos ppetuis defēde subsidijs. **Et fa: p d. In. iij. ves. Ep̄. R. hy⁹. v. et ofo. vt i lau. Ad m̄g an. Sactifica nos dñe signaculo sacte crucis. vt fiat nobis obstaculū cōtra seua iacula inimicoz. defende nos dñe p lignū sactū et p̄ciū iusti sanguis tui in quo nos redemisti allā. post Benedica. Lō. de scis. an. Lux ppetua. E. Johānis anteporā lati.**

ad ves. Cap. Eccle
 Qui timet deū f
 Quia: et q̄ p̄tine
 cie app̄hendet illā:
 bit illi quasi mate
 cara. Deo gra. R.
 trui tui de⁹ in rota
 est euāgelista mūd
 p̄dicans lumen celū
 phans rome. Lau
 solā suā. et in sang
 palliū suū al. v. U
 tu cū cesare p̄ gineo
 tripudiat in igne. A
 gloria p̄ri et filio e
 cto. sicut erat in p̄n
 vit. h. Exultet ce
 mis honorati sūt.
 In feruētis olei
 sus iohānes ap̄ls
 p̄gēte grā illes⁹
 Deus q̄ cōsp
 qz nos vndi
 tra p̄turbant p̄sta
 iohānis ap̄li tui i
 gloriosa nos p̄teg
 per d. Ad no. hy
 xp̄i. excepto. v. T
 cto seculi. Lec. ad
 Manete in me. R.
 de factō marco ex
 quod erit. Vox te
 vt̄s in. j. ves. In. iij.
 it. Lec. seua? se. m
 I illo temp
 ad iesū mate
 zebedei. cum filij
 rans et petens al
 et reliqua. R. c

ad ves. Cap. Eccle. xv. cap.

Qui timet deū faciet bonā: et q̄ p̄tinēs est iusticie app̄hendet illā: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Deo gra. **R.** Vox tonitru tui de? in rota iohānes est euāgelista mūdi p̄ ābitū. p̄dicans lumen celicū q̄ triū phans rome. Lauit in vino stolā suā. et in sanguie oliue palliū suū al. **v.** Victo senatu cū cesare p̄ gineo corpore tripudiat in igne. Lauit. **v.** Gloria p̄ri et filio et sp̄i s̄cto. sicut erat in p̄ncipio. Lauit. **hy.** Exultet celū. **v.** Minis honorati sūt. **Ad magt**

A. In feruētis olei doliū mis sus iohānes ap̄ls diuina se p̄tegēte grā ille? exiuit al. **Deus q̄ cōspicis (Dro.** **Q**z nos vndiqz mala nostra p̄turbant p̄sta q̄s? vt bti iohānis ap̄li tui intercessio gloriosa nos p̄tegat: Et fa? **Per d. Ad no. hy.** Eterna xpi. excepto. **v.** Terrore victo seculi. **Lec. ad duos noc** **Manete in me. v. oia vts** **de s̄cto marco excepto. xij.** quod erit. Vox tonitru tui. **vts in. j. ves. In. iij. noc. Lec. ix. Lec. s. euā? se. mat. Cp. xx.**

In illo tempe? Accessit ad iesū mater filiorum zebedei. cum filiis suis: adorans z petens aliquid ab eo **Et reliqua. Ex cōmentario**

beati hieronimi presbiteri? de eadem lectione.

Unde opinionez regni? habebat magister filioz zebedei vt cū dñs dixerit filius hois tradetur p̄ncipibus sacerdotū et scribis. et condēnabunt eū morte. z tradent eū gentibus ad illudendū et flagellandū et crucifigendū. et ignominiā passionis discipulis timētibus nūciarit? illa gl̄iam postulet triūphātis? **Hac vt reoz ex causa? qz post omnia dixerat dñs: et die tertia resurget.**

Putauit enī mulier eū post resurrectionē illico regnaturū? et qd̄ in sc̄do aduentu p̄mittitur primo esse cōplēdū: et auiditate feminea p̄sētia cupit in memor futuroz

Qd aut̄ interrogat dñs et illa petēte respōdet quid vis: nō de ignorantia venit. s̄ ex eius p̄sona dicitur qui flagellandus et crucifigendus erat? quō in emorruosa quis me tetigit: et de lasaro vbi posuistis eū? et in veteri testamento adā vbi es: et descendēs videbo si iuxta clamorē suū qui venit ad me p̄ficiunt sui autē non est vt sci am. Tu autez domine mise.

Postulat au (Lectio. x. **P**tem mater filioz zebedei errore muliebri et pietatis affectu? nesciens quid

Iohānis ante portā lati.

peteret. Nec mirum si ista arguatur impericie? cū de petro dicatur quā tria vult face re tabernacula: nesciens quod diceret. Rñdēs aut̄ iesus dixit eis. Nescitis quod petatis. Pater postulat sed dñs discipulis loquit̄: intelligens p̄ces eius ex filiorū volūta te descendere. **P**otestis bibere calicē quē ego bibitur̄ sū? Calicē in scripturis diuinis: passionē intelligim̄? vt est illud in passione dñi. Pater si possibile est: transeat a me calix iste. **E**t in psalmo. Quid retribuā dño? pro oibus quā retribuit michi? Calicē salutaris accipiā? et nō mē dñi inuocabo. Statimq; infer̄ quā sit iste calix. Preciosa in cōspectu dñi? mors sanctorū ei? **Tu. Lectio. xi.**
At illis. Calicē quidē meum bibetis? sedere aut̄ ad dexterā meam et sinistrā nō est meū dare vobis: sed quibus paratū est a patre meo. Querit̄ quomō calicē martyriū filij zebedei iacob? et iohānes biberint? cū scriptura narret iacobū tantū apostolū ab herode capite truncatū. iohannes aut̄ pro p̄a morte vitā finierit. Sed si legamus ecclesiasticas historias in quibus fert̄ quod et ipse propter martyriū missus sit in feruentis olei doliū. et ide

ad suscipiendā coronā xp̄i at lethā p̄cesserit. statimq; sit re legatus in pathinos insulā sic videmus aīo martyriū nō defuisse. et bibisse calicē passionis iohāne quē et tres pueri in camino ignis biberūt: licet p̄secutor sanguinē nō fuderit. **Lectio. xij.**

Quod autē dicit sedere ad dexterā meā et sinistrā nō est meū dare vobis? sed quibus paratū est a patre meo: sic intelligendū est. Regnū celorū nō est dantis? sed accipientis. Non est enī p̄sonarū acceptio apud deū? sed quicumq; se talē p̄buerit vt regno celorū dignus fiat: hic accipiet quod nō p̄sone. sed vite paratū est. Si itaq; tales estis quā regnū celorū consequi possitis quod pater meus triumphantibus et victoribus p̄parauit? et vos quoq; accipietis illud. Alij de moyse et helia dictū volūt. quos paulo ante in mōte cum eo viderant loquētes? sed michi ne quāq; videat̄. Ideo enī sedentiū in regno celorū vocabula nō dicunt̄? ne paucis nominatis: ceteri viderent̄ exclusi. **Tu autē. R. Vox tonitruū. vts. Se. mat. cp. vbi su.**

In illo tpe. Accessit ad iesū mater filiorū zebedei cum filijs suis adorās: et petens aliqd ab eo. Qui di-

Quid vis? Alii
vt sedent hū dno f
vntus ad dexterā tuā
ad sinistrā in regno
spōdēs aut̄ iesus d
scitis quod petatis. P
bibere calicē: quez e
urus sū? Dicunt ei.
mus. ait illis. Calicē
um bibetis: sedere aut̄
p̄terā meā et sinistrā
meū dare vobis. sed
patū est: a patre meo
Ad lau. cap. p. et or
pm̄s ves. R. breue. L
es eos. Ad bened. ā
ego sū vitis. Ad. iij.
oro vt in. j. ves. Ad m
qui manet in. Reli
nati eius. C. Bor
epimachi mar. Com
Quā op̄s deus
beatorū marty
riū gordiani atq; ep
colonia colimus. eoz
intercessionibus
per christū. C
achillei atq; panca
lome.
Quā q̄sumus
us. vt quā sancto
neri achillei et p̄ac
talicia colimus. a cū
is iminentib? eozū
fontib? liberemur. T
Seruatij ep̄i. Lō
dani pape et marty
Quā op̄s deus
vt quā bti vrbani

rit ei. **Q**uid vis? **A**it illi **D**ic
vt sedeant huj dno filij mei:
vnus ad dexteram tuam. et vnus
ad sinistram in regno tuo. **R**e
spondens aut iesus dixit. **N**e
scitis quid petatis. **P**otestis
bibere calicem: quem ego bibi
turus sum? **D**icunt ei. **P**ossu
mus. ait illis. **C**alicem quidem me
um bibetis: sedere autem ad de
xteram meam et sinistram non est
meum dare vobis. sed quibus
patrum est: a patre meo. **A**men.

Ad lau. cap. v. et oratio vtrius in
primis ves. **R** breue. **C**onstitu
es eos. **A**d bened. an. **A**lla.
ego sum vitis. **A**d. iij. Cap. et
oratio vtrius in. j. ves. **A**d mgnt an.

Qui manet in. **R**eliqua vtrius
natali eius. **C** Gordiani et
epimachi mar. **C**om. **O**ro.

Deus qui opus deus ut qui
beatorum martyrum tuo
rum gordiani atque epimachi
solennia colimus. eorum apud
te intercessionibus adiuue
mur. **P**er christum. **C** **M**erei
achillei atque pancratij mar.
Come. **O**ratio.

Resta quos sumus opus de
us. ut qui sanctorum tuorum
neri achillei et pancratij na
talia colimus. a cunctis ma
lis iminentibus eorum interces
sionibus liberemur. **P**er christum
C **S**eruatij epi. **C**o. **C** **V**rbani
pape et martyris. **C**o.

Deus qui opus deus. **O**ro.
ut qui beati vrbani marty

ris tui atque pontificis solennia
colimus eius apud te inter
cessionibus adiuuemur. **P**er
christum. **C** **M**arcellini et petri
martyrum. **C**o. **O**ratio.

Deus qui nos annua bea
torum martyrum tuorum
marcellini et petri solennita
te letificas: concede propicius
ut quorum gaudemus meritis
prouocemur exemplis. **P**er
christum. **C** **B**onifacij et sociorum
eius martyrum. xij. lectiones.

Missis predicantibus. **E**uan.
Descendens iesus de monte.
C **P**rimi et feliciani marty
rum. **C**o. **O**ratio.

Hec nos domine quos sancto
rum tuorum primi et felicia
ni semper festa sectari. quorum
suffragiis protectionis tue
dona sentiamus. **P**er christum.

C **B**arnabe apostoli. xij. lc. **N**on
vos me elegistis. **R**o. **E**uan.
Designauit dominus. **E**t nota si
ante penthecostes venerit oia
seruantur vtrius de sancto marco
exceptis capitulis et orationibus que
erunt de ceteris apostolorum. **C** **B**asilidis
cirini nabozis nazarij
et celsi martyrum. **C**o. **O**ro.

Sanctorum basilidis ciri
ni nabozis nazarij et cel
si quos domine natalicia nobis vo
tua resplendeant. et quod illis
contulit gloria sempiterna fru
ctibus nostre deuotionis accre
scat. **P**er christum. **C** **V**liti mo
desti et crescentie martyrum.

Come **C**Barcelli et marcelliani mar. **C**ome. **O**ratio vts. **H**ereiz achillei. **C**eruasij et pthasij mar. **C**ome. **O**ro vts. **B**arcelliniz petri mutatis noib⁹ **A**lbani mar. **C**ome. **D**ecemiliū mar. **C**ru. **D**es electi. **E**uange. **C**ū audierit. **E**odē die paulini epi. **C**omme. **C**In nati. **B**eati iohannis baptiste ad primas vesperas sup p̄os. **A**.

Ecce mitto angelū meum qui preparabit viam tuam ante faciem tuam. **ān.** Locut⁹ est angel⁹ dñi ad zacharias dicēs. generabis puer⁹ in senectute tua. et habebit nomē iohēs. **ā.** Iohēs vocabit⁹ nomen ei⁹. et in natiuitate ei⁹ multi gaudebunt. **ān.** Iste puer magnus corā dño. nā et man⁹ ei⁹ cū ip̄o est. **Capitulum. ysaie. xlix.**

Audite infule et attendite populi de longe. dominus ab vtero vocauit me. devētre matris mee recordat⁹ est nois mei. **Deo g.** **R.** Tu puer ppheta. **vt ifra decimū hy⁹.** Et queāt laxis ex integro. **v.** Fuit hō miss⁹ a deo. **C**ui nomen erat iohēs **Ad mag. ā.** Ingresso zacharia tēplū dñi. apparuit ei gabriel angel⁹ stans a dextris altaris incensi. **O**ratio

Resta q̄s op̄s deus vt familia tua p̄viā salutis

incedat. et bti iohis precursoris hortamenta sectando ad eū quē predixit secura pueniat. **Et fa.** **P**er eun. **In uita.** **R**egē precursoris dñz **V**enite adorem⁹. **p̄s.** **V**enite exultem⁹. **hy⁹.** **A**ntra deserti. **cum duobus versibus sequentibus et vltimo.** **In p̄mo noct. ān.** **P**riusq̄ te formare in vtero noui te. et anq̄ exires de vētre scificauit te. **p̄s. i.** **B**eat⁹ vir. **ān.** **A**d oia q̄ mittā te dicit dñs ibis. ne timeas. et que mandauero tibi loq̄ris ad eos. **p̄s. ii.** **Q**uare fremuerunt gen. **ān.** **R**e timeas a facie eorum quia ego tecum suz dicit domin⁹. **p̄s. iij.** **C**ū inuocarē. **ān.** **M**isit dñs manū suā et tetigit os meū. et ppheta in gentib⁹ dedit me. **p̄s. v.** **V**erba mea. **ān.** **E**cce dedi verba mea in ore tuo. ecce constitui te super gentes et regna. **p̄s. viij.** **D**omine dominus. **ān.** **D**omin⁹ ab vtero vocauit me. de ventre matris mee recordatus est nominis mei. **p̄s. x.** **I**n domio pfido. **v.** **P**riusq̄ te formare in vtero noui te. **Et an teq̄ exires devētre scificauit te.** **R. i.** **F**uit hō missus a deo cui nomē iohānes erat. **H**ic venit vt testimoniū phiberet de lumie et pararet domino plebē pfectā. **v.** **E**rat iohēs in deserto predicans

baptisimū penitentie
p̄s. ii. **E**lizabeth
 ne magnū virū genu
 nem baptistam precu
 rit. **Q**ui viam dño p
 nit in heremo. **p̄s. i.** **D**i
 in testimonium vt tes
 tim phiberet de lumie
 viam. **p̄s. iij.** **H**ic p̄cur
 rector et lucerna lucē
 tū. ip̄e est em iohēs
 dño preparauit in he
 red. **Q**uagnum dei den
 ut ad illustrandas m
 hominū. **F**uit in des
 erens baptisimuz per
 remissionē pctōrum
p̄s. iij. **P**riusq̄ te f
 m vtero noui te. et a
 exires devētre scifica
 rit ppheta in gentib⁹
 dedit me. **R. i.** **R**e timeas a fa
 cie eorum quia ego tecum su
 z dicit domin⁹. **p̄s. iij.** **C**ū
 inuocarē. **ān.** **M**isit
 dñs manū suā et tetigit
 os meum dñs. qu
 dūm acutū. sub vimb
 ris sue protegit me. **p̄s.**
 dñs quis. **ān.** **F**orma
 ab vtero seruū sibi
 gentium. vt sim
 ab extremis terre.
 die in vir. **ān.** **R**eges
 et surgent princ
 adorabunt dñm deu
 qui elegit te. **p̄s. xij.**
 terra. **ān.** **M**azareus
 tur puer iste vinum
 ram non bibet. et on
 mundum non mand

baptismū penitentie. **Vic** venit. **R. ij.** Elizabeth zacharie magnū virū genuit. iohānem baptistam precursorē dñi. **Qui** viam dño preparauit in heremo. **R. ij.** **Vic** venit in testimonium vt testimonium phiberet de lumie. **Qui** viam. **R. ij.** **Vic** p̄cursor directus ⁊ lucerna lucēs ante dñm. ip̄e est em̄ iohēs q̄ vias dño preparauit in heremo. **Sed** ⁊ agnum dei demōstrauit ad illustrandas mentes hominū. **R.** **Fuit** in deserto p̄dicans baptismuz penitētie in remissionē pctōrum. **Sed** et. **R. iij.** **Prusq̄** te formarem in vtero noui te. et anteq̄ exires devētre sc̄tificauī te. **Et** p̄phetā in gentibus dedi te. **R.** **Ne** timeas a facie eorum quia ego tecum sum. **Et** prophetā. **In. ij. noc. ā.** **Posuit** os meum dñs. quasi gladium acutū. sub vmbra manus sue protegit me. **ps. xiiij.** **Dñs** quis. **an.** **Formans** me ab vtero seruum sibi dñs in lucem gentium. vt sim salus ei⁹ ab extremis terre. **ps. xx.** **Dñe** in vir. **an.** **Reges** videbūt ⁊ p̄surgent principes. et adorabunt dñm deum tuuz qui elegit te. **ps. xxiiij.** **Dñi** ē terra. **an.** **Mazareus** vocabitur puer iste vinum et siceram non bibet. et omne immundum non manducabit

ex vtero matris sue. **p. xxxiiij** **Benedicam.** **an.** **Ex** vtero senescentis et sterilis iohannes natus est precursor domini. **p. lxxiiij.** **Te** decet hymnus. **an.** **Ipsē** p̄rebit ante illū in spū et virtute helie parare dño plebē p̄fectā. **ps. xcj.** **Bonū** est. **R.** **Ecce** dedi v̄ba mea in ore tuo. **Ecce** p̄stitui te sup gentes ⁊ regna. **R. vi.** **Ecce** p̄stitui te hodie super gētes ⁊ sup regna dicit dñs vt euellas et dissipes et edifices et plantes. **In** nomine meo. **R.** **Ad** oia que mittā te ibis et vniuersa q̄ mandaue ro tibi loqueris **In** no. **R. vi.** **Gabriel** angelus apparuit zacharie dicens. nascef tibi filius. nomen eius iohānes vocabit̄. **Et** multi in natiuitate eius gaudebūt. **R.** **Erit** enī magnus corā dño vinū et sicerā nō bibet. **Et** multi. **R. viij.** **Ipsē** p̄rebit ante illū in spiritu ⁊ virtute helie. **Ut** conuertat corda patrū in filios. ⁊ incredulos ad prudentiam iustoz parare domino plebē p̄fectā. **R.** **Erit** enim magnus corā domino. ⁊ spiritus sancto replebit̄ **Ut** con. **R. viij.** **Locutus** est angel⁹ dñi ad zachariā dicēs generabis puerum in senectute tua. **Et** habebit nomē iohānes. **R.** **Iste** puer magnus corā domino. nam ⁊ manus

eius cū ipō est **Et ha. In. iij.**
noc. ā. Pro eo q non credi-
 disti vobis meis eris tacēs et
 non poteris loq vsq in diez
 natiuitatis ei. **Can.** **Beat**
vir. v. Dñs ab vtero vocauit
 me. De ventre mris mee re-
 cordat est nois mei. **R. ix.**
Innuebāt p̄ri ei? quē vellet
vocari eū. z postulās pugil-
larē scripsit dicēs. Iohēs ē
nomē ei. v. Apertū est illi-
 co os zacharie z pphetauit
 dicēs. Iohēs ē. **R. x.** Tu pu-
 er ppheta altissimi vocabe-
 ris. Preibis ei añ faciē dñi.
 parare vias eius. **v.** Ad dan-
 dā sciētiā salutis plebi ei? i re-
 missionē pctōrum eoz. Prei-
 bis. **R. xi.** Precursor dñi ve-
 nit de quo ipē testat Nullus
 maior int natos mulierū io-
 hāne baptista. **v.** Hic est em̄
 ppheta z plusq̄ ppheta de
 quo ipē testat. Null. **R. xij.**
Inter natos mulierū nō sur-
rexit maior iohāne baptista
Qui viā dñi pparauit in he-
remo. v. Fuit hō miss? a deo
 cui nomē erat iohēs Qui vi.
Lec. i. Sermo. b. maximi epi
Solennitates nobis di-
 uersoz martyz fratres
 km̄ivite p̄ntis occasus. z su-
 cepta ab eis p xp̄i noie pas-
 sio cōsecrauit. Multimoda
 nāq̄ veterē relatione didici-
 mus nonnullos martyrum
 pstratos gladio? igni alios

crematos: complures be-
 stiarū dilaceratos dētibus?
 innumeros etiam varijs tor-
 mentoz cruciatib? affectos
 spreta sui corpis morte. xp̄i-
 ane fidei testimonium reddi-
 disse. **¶** **Stūs vero baptista**
iohēs cui? nūc festiuitate le-
tatur? celestia mundo gau-
dia sterili ab vtero hodie na-
tus inuexit. Et illi quidē in-
dubitata iā glia regnatē cō-
fessi sunt dei filiū? hic autē et
nascitur dñm ppheta? spi-
ritus illuminatiōe preuidit: z
natū priuilegio grē singula-
ris ostendit. Lectio. ij.

In tm̄ aut in eo special
 fulsit electio? vt añ me-
 rere? annūciare dñm: q̄ na-
 scēdi initiū vel linguam qua
 enunciare posset acciperet.
¶ Deniq̄ elizabeth illa ve-
 tus mulier z noua mat q añ
 partū suuz de futuri filij sui
 letaba? officio? venienti ad
 se btē marie in ipō salutatio-
 nis occurso ait **Eccē ex quo**
facta ē vox salutationis tue
in auribus meis? exultauit i
gaudio infans in vtero meo

¶ **Quid est (Tu Lec. iij.**
Q hoc miraculi frēs q̄ tā-
 torum nouitas gaudioz? vt
 habere se in vtero elizabeth
 testare? infantē. q̄ necdū se-
 metipm sentiēs. dñicū iā se-
 taret aduentū? **¶** **Clere hic oiz**
beatissim? paruuloz? q̄ itra

vicera adhuc man-
 tes. adesse saluatozē
 necdū sermone p
 pphético gaudio re
 Null? ignorat km̄
 paruulū matno ab vt
 decuntē inter ipa lucis
 dia mestis pcrepare v
 bus? sol? baptista dñ
 legē nascentiū. natiu
 leticia z exultatiō
 q̄ de nit. **¶**
 cui frēs. vt de n
 nāsceret q̄ fecun
 uirginis reuelaret? q
 mirabile partū miral
 tis ostēderet. **¶** **Ill**
 stupendū est q̄z n
 hūc zacharias pa
 ris pphete. qz hoc ip
 gerebat angelo loq
 credidit. vsū loqntis
 nec pmissione cōp
 noui hois preco
 ne lingue vincula rel
 es ei qd angel? cla
 missus ab angelo
¶ **Am cū de r**
 nuncupatiōe
 cognatorū vicinorū
 taret arbitriū? p̄pri
 nois ei? quā ange
 te didicerat recept
 p̄nti facultate se
 par mut? apuit: vt c
 uitatē preceptiōe c
 citus expectabat. n
 bulum loqueret? z
 ret anxius senex pe

viscera adhuc mat̄na p̄clu-
sus. adesse saluatozē mundi
qz necdū sermone poterat:
pphetico gaudio reuelauit

¶ Null⁹ ignorat km̄i omnē
paruulū mat̄no ab vtero p̄-
deuntē inter ip̄a lucis exor-
dia mestis p̄crepare vagiti-
bus? sol⁹ baptista dñi vltra
legē nascentiū. natiuitatē su-
am leticia ⁊ exultatiōe p̄ue-

¶ Q̄ de nit. Lu. l. iij.

A cuit fr̄s. vt de m̄re ste-
rili nascereť q̄ fecunditatez
virginis reuelaret? quaten⁹
mirabilē partū mirabilē na-
tus ostēderet. **¶** Illud etiā
q̄ stupendū est q̄ magni-
ficū q̄ zacharias pat̄ futu-
rus p̄phete. qz hoc ipsuz qd̄
gerebat̄ angelo loq̄nti non
credidit. vsū loq̄ntis amisit?
donec p̄missione cōpleta na-
tus noui hoīs p̄eco pater-
ne lingue vincula relaxaret.
Os ei qd̄ angel⁹ clauserat?
p̄missus ab angelo fili⁹ rese-

¶ Am cū de raurit. l. v.

N uncupatiōe paruuli
cognatorū vicinorūqz hesi-
taret arbitriū? p̄prietatē ve-
ri noīs ei⁹. quā angelo dictā
te didicerat. recepta subito
pristini facultate sermonis.
pat̄ mut⁹ apuit: vt cui⁹ nati-
uitatē p̄ceptiōe celesti ta-
citus expectabat. nati voca-
bulum loqueret? ⁊ agnosce-
ret anxius senex per eū se si-

bi redditū: quē de se non cre-
diderat nascitur. Nec dubi-
taret vltra celit⁹ illū vlt̄ p̄mis-
sū fuisse vlt̄ natū? cui⁹ causa ⁊
amississe se p̄babat ⁊ recepisse
se sermonē. Lu. **Lectio. vi.**

Quid hac fr̄s religiōe
gloriosius? Quid hac is-
signi⁹ fide. i qua sterilis p̄ci-
pit. v̄go pturit. mut⁹ loquit?
et i secreto mat̄noz viscereū
paruuli toti⁹ mundi gaudia
futura p̄ludūt? Nec em̄ po-
terat veteri sub lege ordinez
suū mortalis suare natura?
qn̄ p̄ nouā diuinitatis gr̄am
nouū saluti oīm misterii pa-

¶ Je ḡ rabať. Lu. l. vij.

H est iohēs de q̄ p̄pheta
uit ysaias dicēs Vox clamā-
tis i deserto parate viā dñi? re-
ctas facite semitas dei nr̄i.
Vox inq̄t clamāt. Quā bñ
vox dicif? q̄ venientē de cele-
stib⁹ i carne hoīs vnigenitū
dei pleno let⁹ ore clamabat.
Recte vox dicif? cuius into-
nante p̄conio. sacramētū re-
dēptiōis humane surda du-
dū cepit audire mortalitas.
Et ei venerād⁹ baptista mu-
to p̄ri apuit liguā? ita aures
hoīm salutaris gr̄e inouauit

¶ La (auditu. l. l. viij.

A mabat aut̄ i deserto. vbi
p̄dicatiōe ei⁹ nec i solēs tur-
ba p̄streperet. nec infidel⁹ ri-
deret auditor? s; hij tm̄ audi-
re possēt: q̄ p̄dicantē v̄bū sa-

lutis cura tñm diuini cultus
expeteret: et aduerteret eum
vera annūciare de xp̄o: q̄ p
assertiōez iusticie vt illicitas
herodis nuptias icreparet.
nec regē timuissz offendere
nec squalozē carceris decli-
nasset: nec tyzannico gladio
refugisset occidi. **L. Lec. ix.**

Lec. sc̄ti euāge. h̄z lucā. ca. i.

In illo tpe: Elizabeth
impletū est tps̄ parien-
di: et pepit filiū. Et rel. **Om̄e**

liavene. bēde pb̄ri: de ea. lc.

Precursoris dñi natiuitas
sicut sacratissima lectionis
euāgelice pdit hystozia ml̄-
tā miraculoz sublimitate re-
fulget: qz nimirz decebat vt
ille quo maior int̄ natos mu-
lierū nemo surrexit: maiore
pre ceteris sc̄tis in ipso mor-
ortu n̄ tutū iubare claresce-
ret. **Genes ac diu infecū-
di parētes dono nobilissime
plus exultant: ipi p̄ri quē in-
credulitas mutum reddide-
rat. ad salutandū noue p̄co-
nez gr̄e os et lingua reseraf:
nec solū facultas deū b̄ndi-
cēdi restituit s̄z de eo etiā p̄-
phetā d̄xtus auget. **Lec. x.****

Accitati fama facti oēs
vicini admiratione ac
metu p̄cellunt: oim̄ q̄ audie-
re circūquaqz ad aduētū no-
ui p̄phete corda preparant
Cū merito sc̄tā per orbē ec-
clesia q̄ tot btōzū martyrum

victorias quibz ingressū re-
gni celestis. meruerē frequen-
tat: huius tantummodo post
dñm etiā natiuitatis diē ce-
lebrare psuevit. **¶ Ad nul-
laten? sine euāgelica aucto-
ritate in psuetudinez venisse
credēdū est: s̄z attentius aio
recondendum: qz sicut nato
domio pastoribz apparens
angelus ait. ecce euāgeliso
vobis gaudiū magnū quod
erit oī pp̄lo qz nat? est vobis
hodie saluator q̄ ē xp̄s dñs:
ita etiā angel? nasciturū za-
charie predicans iohēm. et
erit inqt̄ tibi gaudiū et exul-
tatio: et multi i natiuitate ei?
gaudebūt: erit em̄ magn? co-
rā dño. **L. Lec. xi.****

Iste igit̄ vtriusqz nati-
uitas festa deuotiōe ce-
lebrat? sed in illi? tanqz i xp̄i
dñi tanqz in saluatoris mun-
di. tanqz in filij oīpotentis. tā-
qz in solis iusticie natiuitate
oī pp̄lo gaudiū euāgelizat:
in hui? aut̄ tanqz in p̄curso-
ris dñi. in sui dei eximij. i lu-
cerne ardētis et lucētis exor-
tu multi gauisuri esse memo-
rant. **Iste magn? coraz dño
futurus narrat? de illo aut̄
p̄pheta testat̄. qm̄ magnus
dñs et laudabilis nimis: et
magnitudinis ei? nō ē finis.
Iste pctōz p̄sortia declinās
ab oī qd̄ inebriare pōt absti-
nebat: ille at̄ int̄ pctōzes cō**

uerat: pcti ois im-
manit. **Hic ad huc**
m̄is sp̄sc̄to replet
lo habitat ois plenu
unitat? corpaliter
sui sp̄s sedē sibi vte
is in quo carnē susce-
consecrauit. **Tu au-**
miserere no. **Lec.**
Iste multos f
suo tpe p̄dicād
m̄is p̄uertit: ille m̄
die de vniuersis p
nationibz ad suā fid
ratē interi? illustr
re nō desistit. **Hic**
p̄te helie p̄cessit
plebē ei? aqua bap
scipiendū eū vbi
ret doceret esse p̄fe
succellit ille in sp̄u
dei p̄ris: vt plebē su
no: igni baptizās
dā facie p̄ris sui do
p̄ctā. **Iohanne n.**
ulabant vicinr co
nitrici illi?. qz mag
ois misz suā cū ill
nato cōgratularat
q̄ venit tps̄ misere
sp̄s angelici q̄ sur
cognati ei?. ciues
eiusdē p̄rie celest?
expectat: qz hymn
canendo qd̄ illa p
actura p̄iores ip̄
monebat. **Tu. Sc̄t**
In illo **La.**
tpe. **Elizabeth**

uersat⁹: p⁹cti ois immūnis p
mansit. **H**ic ad huc ex vtero
mris spūscō replet⁹ est: in il
lo habitat ois plenitudo di
uinitat⁹ corp⁹aliter: q̄ dono
sui spūs sedē sibi vteri v̄gina
lis in quo carnē suscipet ip̄e
consecrauit. **Tu** autem dñe
miserere no. **Lectio. xij.**

Iste multos filioz isrl̄
suo tpe p̄dicādo ad do
minū p̄uertit: ille mltos quo
tidie de vniuersis per orbes
nationib⁹ ad suā fidē et cha
ritatē interi⁹ illustrādo p̄uer
tere nō desistit. **H**ic in spū et
v̄tute helie p̄cessit añ illū vt
plebē ei⁹ aqua baptizās ad
suscipiendū eū vbi appare
ret doceret esse p̄fectā: huic
succesit ille in spū et in v̄tute
dei p̄ris: vt plebē suā spūscō
cto et igni baptizās ad vidē
dā faciē p̄ris sui donaret eē
p̄fectā. **J**ohanne nato p̄gra
tulabant vicini et cognati ge
nitrici illi⁹. qz magnificauit
dñs m̄is suā cū illa: dñō at
nato cōgratulabant ecclie.
qz venit tps miserendi eius.
spūs angelici q̄ sunt vicini et
cognati ei⁹. ciues videlicet
eiusdē p̄rie celest⁹. quā et ip̄a
expectat: qz hymnū gl̄e deo
canendo qd illa p̄ orbē esset
actura p̄iores ip̄i de cel⁹ ad
monebat. **Tu. Scdm lucam**

In illo **Ca. vbi supra.**
tpe. **Elizabeth⁹ imple**

tum est tempus pariendi: et
peperit filium. **E**t audierūt
vicini et cognati eius quia
magnificauit dominus mi
sericordiā suā cū illa: et con
gratulabantur ei. **E**t factū
est in die octauo venerūt cir
cuncidere puerū: et vocabāt
eū nomine patris sui zacha
riā. **E**t respōdens mater ei⁹
dixit. **N**equaquē: s̄z vocabitur
iohēs. **E**t dixerunt ad illam
Qz nemo ē i cognatiōe tua
q̄ voce⁹ hoc noie. **I**nnuebāt
aut p̄ri ei⁹: quē vellet vocari
eū. **E**t postulās pugillares.
scripsit dicēs. **J**ohēs est no
mē ei⁹. **E**t mirati sūt vniuer
si. **A**ptū est aut illico os ei⁹ et
lingua ei⁹. et loq̄ba⁹ benedi
cens deū. **E**t fact⁹ est timor
sup omēs vicinos eor⁹: et sup
oia mōtana iudee diuulga
bant omia verba hec. **E**t po
suerūt omēs qui audierant
in corde suo dicētes. **Q**uis
putas puer iste erit? **E**teniz
man⁹ dñi erat cū illo. **E**t za
charias pater eius replet⁹
est spiritus sancto: et prophe
tauit dicens. **B**enedict⁹ do
minus deus israhel: qui avi
sitauit et fecit: redemptionē
plebis sue. **A**men. **Oratio**
vt infra. Ad laudes añ. Eli
zabeth⁹ zacharie magnum
virum genuit iohannem ba
ptistam p̄cursozem domi
ni. **ps. xcij. Dominus regna.**
ff. ij.

Johannis et pauli

Cap. Audite insule. **vt̄s. R.**
bze. Ecce dedi v̄ba mea. In
ore. **v̄.** Ecce p̄stitui te super
gētes et regna. In ore. **hȳ.**
Nō fuit vasti. **v̄.** Fuit homo
missus. **Ad b̄nd. ān.** Apertū
est os zacharie et propheta
uit dicens b̄ndictus de⁹ isrl̄

Deus q̄ presētē (Oro.
diē honorabilē nobis
in beati iohannis natiuita
te fecisti: da pplis tuis spiri
tualū gratiaz gaudiorū: et
oīm fideiū mētes dirige in
viā salutis et̄ne: **Et fa: p̄ d.**
Ad. j. ān. Innuebāt p̄ri eius
quē vellet vocari eū. et scri
psit dicēs iohānes est nomē
ei⁹ **Ad. iij. ān.** Johānes ē no
mē eius. vinū et sicerā nō bi
bet et multi in natiuitate ei⁹
gaudebūt. **Cap. et ōro vt̄ iu
lau. v̄.** Priusq̄ te formarez.
vt̄s. Ad. vi. ān. Tu puer pro
pheta altissimivocaberis p̄i
bis āte d̄nm parare vias ei⁹
Cap. hieremie primo cap̄

Priusq̄ te formarez in
vtero noui te: et anteq̄
exires devulua sanctificavi
te: et p̄phetā i gētib⁹ dedi te
Deo gra. **v̄.** Ecce dedi v̄ba
mea in ore tuo. **Oratio.**

O m̄ps sempit̄ne de⁹. da
cordibus nostris illam
tuarū rectitudinē semitaz:
quā beat⁹ iohānes baptista
in deserto vox clamātis edo
cuit: **Et fa: Per do. r̄c. Ad**

ir. ā. Int̄ natos mulierū nō
surrexit maior iohāne bap
tista. **Cap. hieremie p̄mo cap̄.**

Misit d̄ns manū suā et
tetigit os meū et dixit
michi: ecce dedi verba mea
in ore tuo: ecce p̄stitui te ho
die sup gentes et sup regna.
Deo gra. **v̄.** D̄ns ab vtero
vocavit me. **r̄c. Oratio.**

Deus q̄ aspicias qz nos
vndiqz mala nostra cō
tristant: p̄ p̄cursorē gaudij
corda nostra letifica: **Et fa:**
**Per do. In. ij. ves. sup p̄os
āne. j. iij. de p̄mo noc. Cap.
R. hȳ. v̄. et ōro vt̄ in laud.**
Ad m̄gt ān. Puer q̄ nat⁹ est
nobis plusq̄ p̄pheta est. hic
est enī de quo saluator ait. i
ter natos mulierū nō surre
xit maior iohanne baptista.

**Infra octa. de eodē. Ad
lau. Come. cū ān. Tu puer.
vt̄s. Ad. vi. v̄. Fuit hō. Oro.**

Quoniam q̄s ōps deus
vt̄ q̄ beati iohannis ba
ptiste solēnia colimus. eius
apud te it̄cessione munia
mur. **Per xp̄z. Ad vs. de eo
dē. Co. cū ā. Int̄ natos. vt̄s
ad. ix. Johannis et pauli
martyrū. xij. lectio. Oro.**

Quoniam ōps deus.
vt̄ nos geminata leti
cia hodiernae festiuitatis ex
cipiat. q̄ de beatorū iohānis
et pauli glorificatione pro
cedit: quos eadē fides et pas

stovere fecit eē g
Et fa: Per do.
sanctorū. Euan.
a fermēto. Le
Comme.

Deus qui be
pontificē s
rūmeritis coequ
de propicius. vt̄
rationis ei⁹ festi
vite quoqz imite
p̄er xp̄m. In
corū petri et pa
Ad ves. sup p̄os
viri facti quos e
charitate nō fic
lis gloriā semp
doctrina fulget
et luna alta. ān.

phatores et am
tēpnētes iussa p
ruerūt p̄mia et i
ronant̄ et accip
ān. Astiterunt i
minū et ab inui
parati. calicē d
amici dei facti
gebunt iusti et t
le in arūdineto
dicabunt natio
bunt in eternū.
fuetas. Cap

Misit herc
nus vt̄ al
dā de ecclesia:
iacobū frat̄rē
dio: videns aū
iudeis apposu
reet petrum.

siovere fecit eē germanos p
Et fa? **Per do.** **Lecti.** Qui
 sanctorū. **Euan.** Attendite
 a fermēto. **Leonis pape.**
Comme. **Oratio.**
Deus qui beatū leonez
 pontificē sanctorū tuo
 rū meritis coequasti. conce
 de propicius. vt q̄ cōmemo
 rationis ei? festa pcolimus
 vite quoq; imitemur exēpla
 per xp̄m. **In natali san-**
ctorū petri et pauli ap̄torū
Ad ves. sup pos. an. Isti sūt
 viri facti quos elegit. dñs in
 charitate nō ficta. et dedit il
 lis gloriā sempitnā. quozuz
 doctrina fulget ecclia vt sol
 et luna alla. **an.** Isti sūt triū
 phatores et amici dei. q̄ con
 tēpnētes iussa principū me
 ruerūt p̄mia et̄na modo co
 ronant̄ et accipiunt palmā.
an. Astiterunt iusti ante do
 minū et ab inuicē nō sunt se
 parati. calicē dñi biberūt et
 amici dei facti sunt. **an.** Ful
 gebunt iusti et tanq; scintil
 le in arūdineto discurrēt. iu
 dicabunt nationes et regna
 bunt in eternū. **Ad horas cō**
suetas. **Cap. actuum. xij.**
Misit herodes rex ma
 nus vt affligeret quos
 dā de ecclesia? occidit autez
 iacobū fratrē iohannis gla
 dio: videns aut̄ q̄a placeret
 iudeis apposuit apprehēde
 re et petrum. **Deo gratias.**

R. Si diligis me symon pes
 tre pasce oues meas. dñe tu
 nosti quia amo te. **Et animā**
meā pono pro te. **v.** Si opoz
 tuerit me mori tecū nō te ne
 gabo. **Et a. hy?** Aurea luce
 ex integro. **v.** Munis hono
 rati. **Ad m̄gr an.** Isti sūt due
 oliue et duo candelabra lu
 centia ante dñm. habent po
 testatē claudere celum nubi
 bus et aperire portas eius.
 quia lingue eozū clauēs celi
 facte sunt. **Oratio.**

Presta q̄s omps deus:
 vt nullis nos pmittas
 perturbationibus concuti.
 quos in apostolice cōfessio
 nis petra solidasti: **Et fa: p**
do. **Inuitato.** Ep̄m regez re
 gū adorem? dñm. Qui mar
 tyrio crucis beatū glorifica
 uit petrū ap̄stolū. **p.** Veni
 te. **hy?** Exultet. **Ad noc. aē.**
ps. v. **Via cāti. et ane ad ho**
ras require supra in cathe
dra petri. **Lec. p̄ma.** **Ser**
mo beati marimi ep̄scopi.

Oloriosissimos xp̄iane
 fidei principes anuis
 solēnitatib? honorātes fra
 tres charissimi? ipsū dñm ac
 deū nostrū q̄ huius auctor ē
 fidei. debita religione vene
 ramur. **Apostoli namq; lati**
no sermone dicuntur missi.
Qui ergo honorant mis
fos. manifestū est eos hono
rare mittentē? qm̄ dignitas
 ff. iij.

In natali sanctorū

q̄ defertur ministris. illi sine dubio cui⁹ ministri sūt exhibet vt ait ipse saluator ad discipulos suos. Qui vos audit me audit: et q̄ vos recipit me recipit. Vere btā ap̄loꝝ merita: in q̄b⁹ se xp̄s recipi p̄dicat et audiri. Vtī nihilo minus et illi: quozū deuotio delata apostolis recurrit in xp̄m. Tu autem. **Lectio. ij.**

Tenētes itaq; fr̄estāte huius p̄missiōis fide. de supplicijs patrū nr̄ozū pro xp̄i confessione susceptis. fidelib⁹ gaudijs exultemus: qm̄ q̄ de martyꝝ morte letat̄ martyres non dubitat cū xp̄o regnare post mortē. **M**os vero ecclesiaruz oīm reuerētissimos p̄res petrū dico et pauluz pijsimū studijs honozem⁹: q̄b⁹ xp̄i p̄stante gr̄a. fact⁹ est hodie de morte natalis: q̄b⁹ finis vite viuēdi iniciū dedit: q̄bus vt ait ap̄ls paulus viuere xp̄s erat: et mori lucrū. **Tu. l. iij.**

Erat vtiq; xp̄s eis viuere. **R**at vtiq; xp̄s eis viuere: qz vita nō erat sine xp̄o. Erat eis xp̄s viuere: qz totū p̄ficiēbat xp̄i ecclesijs qz viuēbant. Erat eis et mori lucrū q̄ tali morte vitā sibi mercabāt̄ et̄nā. **E**rat eis mori lucrū: quoz corruptio ni icorruptio succedebat: et dāna p̄sentū tēpoz lucra p̄petua seq̄bant̄. Sed iā neces-

sariū charissimū reoz: vt p̄p̄as eozū specialesq; vtutes. prout ariditas lingue nr̄e ingenijq; tenuitas patit̄: ymmo vt misericors de⁹ anuerit p̄loquamur. **Lectio. iij.**

Hic itaq; ille est petrus q̄ cōfiteōdo xp̄m dñz viuī dei esse filiū: validissima iuictaq; nobis credendi fundamēta cōstituit. Nā p̄cūctāti dño q̄s esse ab hoīb⁹ diceret̄ respōdit **Tu es xp̄s fili⁹ dei viuī: id est tu domine de carne v̄ginis fact⁹ es xp̄s: q̄ viuī dei es fili⁹ sēp̄iternus.**

Tu dñe hoīb⁹ natus es hō: q̄ incogitabili maiestate de⁹ es apud deū. Tu es xp̄s q̄ pro redēptiōe nr̄a ad passionē veniēs ipassibilis p̄manes apud patrem. **Lectio. v.**

Quis igit̄ vnq; in tantū archanū hūani sēsus attollere potuisset obtutum: nisi ab ore petri salutaris hui⁹ fidei veritas radiasset: Quis meritoꝝ ei⁹ gl̄iam q̄uis magno eq̄pare posset eloq̄o: a quo nobis adorāde diuinitat̄ fides et cepit et permanet: **Q**uid tāto gl̄iosius viro: q̄ fidē secreti inscrutabilis loquendo edidit. viuēdo docuit patiēdo firmavit. **Tu. l. vj.**

Taut̄ p̄fessionis hui⁹ quāta eēt magnitudo saluator ostenderet: ait ei-

... es symon b...
... caro et sāguis nō...
... tibi. sed p̄ me⁹ q̄ e...
... et tibi dabo clauē...
... locū. Quis ergo...
... nē et i carne natū...
... patris eē filiū sēt...
... tē: nisi p̄p̄ci⁹ ho...
... petrū nobis reue...
... lo: Nec illi p̄fessio...
... m̄ clauē regni c...
... peret: qz celi ianu...
... Sed ne qua...
... vos fr̄es de...
... tro clauē regni...
... clauū coagitatio...
... neat. Clauē enī...
... ē petri: qz singul...
... cōfēdo ap̄ls viuē...
... celoz aut claudi...
... hō est ergo clau...
... talis artificis ap...
... sed data a xp̄o p...
... eādē. Deniq; ait...
... remisit: p̄ctā r...
... et quozū detinue...
... ta erūt. Sic ē pe...
... esse p̄fidētissimū...
... stigis ei⁹ maria...
... Nā a dño suo n...
... riu fluctib⁹ gre...
... poposcit: et vt d...
... it. Qui ob hoc s...
... se visus ē: vt fr̄...
... na cognosceret...
... dñm seruūq; di...
... grauata p̄ctis...
... et imaculati ne...
... sidere. Sic̄ illi

Btus es symon bariona: qz caro et sanguis nō reuelauit tibi. sed p̄ me q̄ est in celis et tibi dabo clauēs regni celozū. Quis ergo xpm p̄ carnē et i carne natū oipotētis patris eē filiū sētere potuisset: nisi ppici? hoc ipse p̄ petrū nobis reuelasset e celo. Hec illi p̄fessio dedit: vt aū clauēs regni celozū acciperet: q̄ celi ianuās itroiret.

Sed ne qua (Tu. lc. vii.) vos fr̄es de creditis petro clauib? regni moze n̄raꝝ clauū coagitatio tr̄ea p̄mo neat. Clauis enī celi lingua ē petri: qz singulozū merita cēsēdo apl̄s vnicuiqz regnū celozū aut claudit aut aperit. Nō est ergo clauis ista mortalis artificis aptata manu sed data a xpo ptās est iudicādi. Deniqz ait eis. Quozū remiserit: pctā remissa erūt et quozū detinueritis detenta erūt. Hic ē petr? quē xpi esse p̄fidētissimū subiecta vestigijs ei? maria pbauerūt. Nā a dño suo nouos sibi dari iū fluctib? gressus vt fidel? poposcit: z vt dilect? emeruit. Qui ob hoc solū trepidasse visus ē: vt fragilitas hūana cognosceret quāta eēt i dñm feruūqz distātia: dū aggrayata pctis caro mergit: et imaculati nescit plāta de sidere. Sil? illud: ne dū sup

aquas ābulās petr? pede. is trepido puēisset ad xpm dñm forte sui vtutib? eāret. Tu.

Sed qd illū tātōpe (l. viij) dicim? trepidasse: cum pia trepidatio sua maiorē p̄fecerit ad fidē. Ut enī credit petr? i perio dñi sui posse se a fluctib? sustētari: ita nihilomin? dū mergit credidit ipsius dñi se vtute saluādū. Vere bti petri dū trepidat mirabil? fides: quā nec purgētis piculi potuit turbare formido. Clamando enī dū mergit dñe libera me. de se diffusus ē: nō de dño dubitauit. Hec q̄s ergo timorē hūc gliosissimi petri ducat i vicū: qm̄ timor iste q̄uis p̄mā ei? turbauerit fidē: cōfidentia tñ in eo repate credulitas ornauit. Tu. lc. ix. Le. sci euā? scōm matheū. Cp. xvi.

In illo tpe venit iesus i ptes cesaree philippi et interrogauit discipulos suos dicēs. Quē dicūt hoies esse filiū hois? Et re. Ex cōmēta. bti hilarū epi de ea. lc In p̄cessu kmōis atqz opis absoluti? dñs discipulis cognitionē sui p̄stat: et quādā intelligēdi se formā rationē qz cōstituit. Est aut̄ hec vera et iuiolabil? fides: ex deo et nitat: cui ob id q̄ sēp fili? fuerit sēp z i? p̄ris z nomē sit. ne si nō sēp fili? nō semp et ius ff. iij.

Petri et Pauli.

Pf̄is et p̄f̄ sit. dei filiū nascen-
do p̄fectū fuisse: cui sit ex et̄-
nitate parēt̄ et̄nitas. Masci-
aūt eū volūtas ei⁹ fuit? cui⁹ i
virtute ac potestate ierat vt
nascere. Tu. **Lectio. r.**

Est fili⁹ dei de deo de
us? vn⁹ i vtroq̄. Theo-
tetā ei quā deitatē latini nū-
cupāt. eterni ei⁹ parentis ex
quo nascēdo est p̄fect⁹ acce-
pit. **A**ccepit autē hoc qd̄
erat et natū ē h̄bū qd̄ fuit sp̄
in p̄f̄: atq̄ ita fili⁹ et̄nitas
nat⁹ est: qz nō aliud in eo na-
tū ē q̄ eternū est. **H**ūc
igif̄ assūpsisse corp⁹ et̄ hoīez
factū esse p̄fecta p̄fessio est:
qz sicut et̄nitas nature n̄re
corp⁹ accepit? ita cognoscē-
dū est naturā corp̄is n̄ri et̄-
nitatis assumere posse virtutē

Sic qz sūmū **Tu. r.**
In fide ista bonū ē a di-
scipulis req̄rit quē se hoīes
esse dicerent? et̄ adiecit hoīs
filiū? **H**ec em̄ p̄fessiois tenē-
da est ratio? vt sicut dei filiū
ita et̄ filiū hoīs meminerm⁹:
qz alter sine alio nichil spei
tribuit ad salutē. **E**ditis ita-
q̄ q̄ diuerse de eo erāt hoīm
opinionib⁹: qd̄ de se ip̄i sen-
tiāt querit. **P**etr⁹ r̄ndit. **T**u
es xp̄s fili⁹ di viui. **S**z petr⁹
p̄ditionē p̄positiois exp̄ade-
rat. **D**ñs em̄ dixerat. **Q**uez
me hoīes esse dicūt filiū ho-
minis? **E**t certe filium hoīs

p̄tēplatio corp̄is affererat?
sz addēdo quē me esse dicūt
p̄f̄ id qd̄ i se videbat̄ signi-
ficauit aliud esse sentiendū.
Erat em̄ fili⁹ hoīs. **Lec. rii.**

Quod igif̄ opinādi de
se iudiciū desiderabat
nō illd̄ arbitramur qd̄ de se
ip̄e p̄fessus est? sz occultum
erat de quo querebat̄? in qd̄
se credētū fides debebat ex-
tēdere. **E**t dignū plane p̄fes-
sio petri p̄remiū p̄secuta est
qz dei filiū in homie vidisset.
Beat⁹ hic est et̄ vltra huma-
nos oculos et̄ intēdisse et̄ vidif̄
se laudat⁹ est: nō id qd̄ ex car-
ne et̄ sanguie erat p̄tūes? sz
dei filiū celestis p̄ris reuela-
tiōe p̄spiciēs: dignusq̄ iudi-
catus. q̄ qd̄ in xp̄o dei essz p̄-
mus agnosceret. **I**n nūcu-
patione noīs felix ecclie fun-
damētū? dignaq̄ illius edifi-
cacione petra: q̄ i ferni leges
et̄ tartari portas. et̄ oīa mor-
tis claustra dissolueret. **O**-
btūs celi ianitor cuius arbi-
trio clauēs et̄ni adit⁹ tradū-
tur? cui⁹ c̄restre iudiciū p̄iu-
dicata auctoritas sit i celo:
et̄ q̄ i terr̄. aut ligata sint aut
soluta. statuti eiusdeꝝ p̄ditio-
nē obtineāt et̄ in celo. **Tu** at.
Euange. req̄re v̄t̄s. in cathe-
dra petri. **O**ro vt infra. **A**d
lau. cp̄. 3. **A**hsit herodes rex
R. b. 2e. **C**ōstitues eos. **h. y. 9.**
Oliue bine. **v. Sit trinitati.**

In cōmemoratione

eōcupiscentiā pugna: vt qđ aduersus gulā gerit bellū vt in auaricie interitū acies ordinata: vt cū iracundie furore conflictus. ¶ Diligere vero nobis deoq; cōmune ē. Propterea et dñs iherabat. Orate pro psequētib; et calūniātib; vos vt sitis filij patris vři qđ in celis est. Hoc igitur et paulus cūctorū intelligēs eē caput bonorum: oī i se studio expmēre curauit.

Nemo ei ita dilexit (*l.*) inimicos: nemo i insidiatōres suos tam bñficus fuit nullus pro afflictōrib; suis tanta p̄pessus est. Non enī illa qđ patiebat; s; nature copulā cogitabat: quantoq; āplius efferebant inimici: tāto āplius eorū miserebat in sanā. ¶ Ut enī aliq; indulgētissimus p̄ afficit erga filiū frenesī p̄prehensū cuius quātomagis cōuictis ictib; q; pulsaf; tāto eū potius miserat ac deflet: ita paulus qđ de ipsa magnitudine passionū eorū a q;bus affligebat estimaret furore: maiora illis adhibebat fomēta pieta

Audi igit q; (*l. c. iij.*) cōpatiēter q; māsue te nobis p̄ illis loquat qđ eū quīq; verberarēt: qđ cathenis onerauerant: qđ vinculis sepe cōstrixerant: qđ ipm ei; sitiebant cruore: quīq; illum

quotidie discerpere cupiebāt. Testimoniū inq; illis p̄hibeo qđ emulationē dei habeant: sed nō scdm sciētiam

¶ Rursus illos qđ se supra eos supbius efferebat refrēnans. noli ait altū sapere. s; time: si enī deus naturalib; ramis nō pepercit: ne forte nec tibi p̄cat. Quē enī cognouerat dñicā iam in illos processisse sentētā: qđ vnū et solū in sua erat potestate p̄stabat. Tu aut. *In. ij. noc. Le. h.*

Spe lachrimabat; vehementer pro illis dolebat: volētes eis insultare p̄hibebat: atq; in quātū poterat laborabat vmbzā eis aliquā excusationis obtēdere. Et q; propter cōtumatiam eorū atq; duritiaz p̄suadere illis fidē sermōe nō poterat ad orōnes conuertebat assiduas. Fratres inq; volūtas qđē cordis mei et obsecratio ad deū fit pro illis in salutē. Spe quoq; illos meliore sollicitat dicens. Sine penitētia eū sūt dona et vocatio di vt nō p̄tinaci vsq; ad finē desipatione moriant. Tu. *l. vi.*

Que vtiq; oīa sūt amantis et valde eorū utilitatib; p̄ouidentis: vt cū dicit veniet ex syon qđ eripiat et auertat impietatem ab iacob. Mordebat; nāq; vehementer ac penitus dissecabat: cum

eos peūtes vid
qđ et multa sob
bat dolori: alio
veniet ex syō qđ
tati pietatē ab
vero. et isti nō
illoū miam vt
sequantur.

Plas au
los iudeo
rit: ad alios ve
ficos vel extr
multo etiā p̄bi
Audi igit qđ a
sit locut; Seru
oportet litiga
tū esse ad oēs:
tē. cū modestia
eosq; resistūt:
deus penitētis
dā veritatē: e
diaboli laq;is.
nē ad ipsius

Uste et
qđ in peccata c
di qđ chorith
meo inq; ne c
et me de; apu
multos ex hū
uerūt et nō eg
sup im̄dicia
ne et ipudicit
Et ad galat
quos iter p̄
formēt in vo
eius qđ fuera
minus eo ip
suo lamētab

eos peūtes videret. Prope
qđ et multa solatia adhibe-
bat dolori: aliqñ qđē dicēs.
veniet ex syō q̄ eripiat rauer-
tati pietatē ab iacob: aliqñ
vero. et isti nō crediderūt in
illozū miam vt ipsi miam cō-
sequantur. **Lectio. vii.**

Patras autēz qz erga so-
los iudeos talis extite-
rit: ad alios vero vel dome-
sticos vel extraneos non se-
multo etiā pbuerit mitiores
Audi igif qđ ad timotheuz
sit locut? Seruū inq̄r dñi nō
oportet litigare? sed māsue-
tū esse ad oēs: doctozē patiē-
tē. cū modestia corripientes
eosq̄ resistūt: ne qñ det illis
deus penitētiā ad cognoscē-
dā veritatē: et resipiscant a
diaboli laq̄is. a quo capti te-
nēt ad ipsius volūtātē. **l. viij**

Aus aut probare q̄ mo-
deste etiā illis loquat̄
q̄ in peccata corruerūt: Au-
di qđ chorinthijs dixerit Ti-
meo inq̄t ne cū venero hūi
et me de? apud vos: z lugeā
multos ex hys q̄ ante pecca-
uerūt z nō egerūt penitētiā
sup imūdia et fornicatio-
ne z ipudicitia quā gesserūt
Et ad galatas filioli ait mei
quos itez pturio donec xps
formet in vobis Et in causa
eius q̄ fuerat fornicatus nō
minus eo ipō q̄ pro peccato
suo lamētabat̄ dolet̄ proq̄

illo alios depeatur dicens.
Confirmate in illo charita-

tē. Tu aut. **An. iij. noc. Le. ix.**

Euange. Ecce nos reliqm?

Cuz cōmentario bñi hylarij.

Multa sūt. req̄re in cōi apo-

stolorū in ordine abecdarip

Ad laud. z ad ho. cōsuetas:

Bas. ij. Ad thimotheū. iij.

Ego iam delibor et tem-
pus mee resolūtōis in-
stat: bonū certamē certavi.
cursū consumaui. fidē serua-
ui: de reliquo reposita est mi-
chi corona iusticie. quā red-
det mihi dñs in illū diem iu-
stus iudex Deo gra. **Oratio**

Deus q̄ multitudinē gē-
tiū bñi pauli apli predi-
catiōe docuisti. da nobis q̄s
vt cuius hodie natalicia co-
lim? ei? apud te patrocinia
sentiamus: Et fa? Per do.

In laudib? post Benedica-

mus. p̄ma cō. de sc̄to petro

cū ān. Significauit dñs. v.

In oēm t. Orō. De? q̄ aplo

tuo petro collatis clauibus

Req̄re in cathedra ei? in p̄-

mis ves. Sc̄da cō. nisi sit dñi

ca de sc̄to iohanne. In. ij.

ves. post Bñdica. p̄ma cō. de

sc̄to iohāne cū ān. Ingresso

zacha. v. Sui. Orō. Con-

cede q̄s v̄s p̄uatis diebus

infra octa. Secūda cō. de s̄a

cto petro cū ā. Tu es petr?

v. et ōo v̄s. Tertia de dñi-

ca si fuerit. In octaua bñi

Iohannis baptiste oia seruata
tur vt in die factio . exceptis
subscriptis. **Lectio pma**

Sermo beati marini epi.

Quictorū qdē prophe-
tarū fr̄es charissimive-
neranda recordatio est: bea-
tus aut̄ iohānes baptista cu-
ius hodie genuinus natalis
honorat̄ in tantū oīm illozū
singulari quodā merito sup-
gressus est gloriā: vt dñz ie-
sū saluatore n̄m nō solū eē
uenturū: sed aduentasse iaz
et cohabitare hoīb⁹ verita-
te p̄sentis testimonij reuela-
ret. **¶** Quē cū inter promi-
scuas turbas ad baptismuz
suū p̄perare vidisset: velut
digito demōstrans ait **Ecce**
agnus dei: ecce q̄ tollit pec-
cata mūdi. **Tu aut̄. Lec. ij.**

Quam innocens est hu-
i⁹ vita. v̄l qua possum⁹
deuotioe ei⁹ merita cōpēsa-
re: q̄ agni celestis aduētū et
p̄mus agnouit et solus ostē-
dit: Quā mirabile est vniū-
sis ei⁹ p̄coniū: de cuius ore
p̄mū absolutionē suā mūd⁹
audiuit. **¶** Hic est carissimi
de quo p̄phetica anūciatio
ne p̄dictū est **Vox clamātis**
in deserto parate viā dñi: re-
ctas facite semitas dei n̄ri.
Clamatur⁹ erat sicut et cla-
mauit: vt vociferante salutē
p̄cone. obturatas diu aures
mortaliz p̄dicatio celestis

aperiret. **Tu aut̄. Lectio. iij.**

Quis ergo huiusmōdi p̄-
phetā non tota amira-
tione suscipiat: quē tantū re-
cognoscit obtinuisse de deo
vt ante ei⁹ merita laudarēf
q̄ natiuitas formaretur?

¶ Hic ergo zacharie iustif-
simo sacerdote cū multa eēt
etate p̄uctus. et sterilitate
senissime cōiugis successio-
nē votiui germinis desperaf-
set: oīpotētis dei cura p̄ an-
gelū promittit̄ nasciturus.
Et bñ senissimis p̄ arētibus
nou⁹ filius dat⁹: q̄ senescēti
labentiq; mūdo vnigenituz
dei ad spem future iuuetutis
ostenderet. **Lectio. iij.**

Quid illud quātoq; est
stupore mirandū q̄ za-
charias ipse dū p̄cursozem
salutaris v̄bi cōcipiendū se
nili alio paulo tardius cre-
deret. silentio repētine tacitū-
ditatē obmutuit: nec p̄stinū
loq̄ndi recepisset vsū. nisi no-
men pueri quo vocandus es-
set clausi oris ei vicula rela-
xasset. **¶** Atq; ita factū est:
vt os sacerdotale qd̄ trepi-
datio colligauerat dubitan-
tis meritū filij nascētis absol-
ueret: et repata p̄ris lingua
ifātis gl̄iam testaret̄. **Tu. l. v.**

Quid aut̄ de p̄tinētie e-
i⁹ v̄tute. qd̄ de amore
iusticie loquar: cui sicut legi-
tur imitabilis vict⁹. et luce

ipa charioz vita
uerfat⁹ eni in de
tū habēs de pili
zonā pelliceā ci
suos. locustas e
filustre: vt icre
